

16  
1.  
2.  
3.  
167  
1.  
167  
1.  
167  
1.  
2.





22

9

DISSERTATIO  
JURIDICA

DE

SORTE,

1676 2.

Quam

Sub PRÆSIDIO,

DN. JOHANNIS  
TESMARI,

Antecessoris, in Alma Cattorum,

Exhibet

HENRICUS ZOBEL, N. F.

Bremenf. Saxo, A. & R.

Ad diem Junii

H. L. Q. S.



MARPURGI CATTORUM,

Typis SALOMONIS SCHADEWITZII, Acad. Typ.

Anno MDCLXXVI.



915 v



VIRIS.  
*MAGNIFICIS. AMPLISSIMIS. NOBILISSIMIS,  
CONSULTISSIMIS,*

DN. HENRICO. Meyer, J. U. D.

DN. WILHELMO. von Bentheim. J. Cto.

DN. SIMONI. ANTONIO. Erp. von

Brockhausen. J. V. D. & Comiti. Palatino.

DN. JOHANNI. Hermess. J. U. D.

AVO. COGNATIS. AFFINIBUS. ALIIS. QUE.

TITULIS. SIBI. CONJUNCTISSIMIS.

LIBERÆ. AC. ILLUSTRIS.


*SACRI. ROMANI. IMPERII. REIPUBLICÆ.  
BREMENSIS.*

VERE. CONSULIBUS.

HENRIC. ZOBEL. N. F.

**H**Oc. quicquid. est. humili. devota. que.  
mente. inscribit. rogans. eâ. quâ. par.  
est. submissione. ut. munusculum. illud. non.  
aliâ. fronte. respiciant. quam. quâ. Parentes.  
non. accurata. solum. sed. &. dimidiata. infan-  
tium. verba. ipso. illo. offensantis. linguæ. fra-  
gmine. gratiora. exaudite. solent. Quin. hoc.  
amplius. indulgeant. ut. temeritatem. hanc.  
præposterum. que. officii. exhibendi. conatum.  
fidelitate. cultu. pietate. &. obsequio. posthac.  
emendet.





I. N. D. N. I. C.

I.



Nter humanæ imbecillitatis & imperfectionis indicia cum multa sint, tum primum credo obtinet locum, ignorantia & inscitia, ex qua, tanquã fecundissima matre, dubitatio & fluctuatio resultat. Itaque videmus non plebejos tantum & rusticos, sed & viros doctos & sapientes de hoc conqueri, quod

tam parùm sit, quod sciunt, imò quod nihil sciant, secundum Socratem, qui ex hoc dicto sapientissimus mortalium omnium declaratus est, teste Cicerone, Academic, libr. 1. cap. 4. Hæc ergo causa est, quod de multis rebus, & negotiis nec judicare possit homo, nec debeat; nemo enim id determinare potest, quod ignorat & quod ipsum penitus fugit, & nefas est judicare de occultis, non tantum Ecclesiæ, sed & omnibus hominibus, cum latentia peccata non habeant vindictam, arg. 1. cogitationis 18. ff. de poen. Canon. Christiana Caus. 32. quæst. 5. & tot. tit. de purgat. Canon. & ex hac determinatione tam incerta, nihil nisi serus dolor, & ridenda poenitentia oriri soleat. Itaque incivile dicitur, judicare, priusquam totam rem inspexeris l. 24. ff. de

A

LL.

S

7





LI. & ignominiosum esse & stultum respondenti, antequam  
plene quid audierit. Prov. 18. v. 13. Syrach. 11. v. 8.

II.

Quare ad varia remedia est decursum ab hominibus,  
ad tollendam hanc veluti maculam ex perfectione huma-  
na, & non tantum studium, diligentia & eruditio est adhibi-  
ta, ad dissipandas hasce tenebras ex mentibus nostris, sed alia  
quoque, magis facilia, sunt instituta, quibus res dubia & in-  
tricata clariores fierent, & iudicem constituerent in poten-  
tia iudicandi; inter quæ SORS & SORTILEGIUM  
primum locum sibi vindicant, prout nunc, pro mediocritate  
ingenii, & copia librorum, quæ studioso, in peregrinis hæ-  
renti, suppetere potest, paucis expediam.

III.

Debet ergo ante omnia vox ipsa ab ambiguitate libe-  
rari & præmitti de significatione Sortis aliquid, quia & hoc  
vocabulum, uti fere omnia, teste Gellio, varium & ambi-  
guum est. Significat enim SORS, primo statum illum  
& vitæ genus, quod cuique mortalium contigit. Hinc  
dicimus beatum esse illum, qui sua sorte contentus. Ita-  
que dicitur obrigisse alicui bona vel mala sors, id est, mala  
vel bona vitæ conditio. Virgil. Æneid. 6. v. 332.

Sortemque animo miseratus iniquam.  
Secundo sumitur pro oraculo & responso Numinis, uti hoc  
constat ex eodem Virgilio Æneid. 7. v. 268.

Est mihi nata, viro gentis quam jungere nostræ,  
Non patrio ex adito sortes, non plurima cœlo  
Monstra sinunt.

Et Æneid. 6. v. 72.

Hic ego namque tuas sortes, arcanaque fata  
Dicta meæ genti ponam;

Tertio



Tertio accipitur pro portione nostra, & illa particula, quæ nobis est adjecta, quo sensu elegantissimè quies & otium Sors senectutis vocatur à Virgilio *Æneid.* 6. v. 114.

Invalidus, vires ultra, sortemque senectæ:

Ubi vetus interpret Servius: Sortem vocat, quia senectæ fors est quies & otium, sicut pueritiæ ludus, amor adolescentiæ, ambitus juvenilis ætatis. Facit huc Psalm. 16. v. 5. Jehova portio prædii mei & poculi mei: tu sustentas sortem meam.

Quartò sumitur pro judicio, & sententia, quæ pronuntiatur à iudice pro tribunali. Constat enim illud vulgatum ex Marone.

Nec vero hæc sine sorte datur, sine iudice sedes,

Quæsitur Minos urnam movet.

Quintò & usurpatum illud video pro casu fortuito, & quod fortuna nobis adjudicare solet, modo sit aliqua fortuna, & non dirigantur potiùs omnia, prout sumus nos Christiani meliùs edocti, sapienti & incomprehensibili Dei iudicio. Idem laudatus Servius ad illud *Æneid.* 10. v. 449.

Aut spoliis ego jam raptis laudabor opimis,

Aut letho insigni: sorti pater æquus utrique est:

Sortem sumit pro casu & fortuna.

Sextò denique & modo maximè familiari injure civili, sumitur fors pro summa principali, quæ nobis debetur, ob quam usuras stipulari solent, & unde vocamur consortes, id est ejusdem pecuniæ domini l. 14. C. de contrah. empt. l. *maritus* 95. §. *filia* 1. ff. ad Leg. Falcid. l. *uxori* 24. ff. de usu & usufr. legat. Sunt aliæ adhuc sortis significationes, quas lubens prætereo, & remitto Lectorem ad Lexicon Fabri in verbo Sors.



IV.

Nos ergo relictis sortis significationibus, quarum tamen plurimæ ad præsentem nostram intentionem accedunt, sortem accipimus, quæ adhiberi solet rebus dubiis, incertis, obscuris, & imperspicuis, quæque nullo alio modo per sagacitatem humanam expediri possunt.

V.

Notum ergo est, ex ipsa voce, quid sit fors; itaque cum omnis definitio in jure sit periculosa l. regula t. l. omnis 202. ff. de R. l. abstinere à definitione possem, secutus exemplum magnorum Jurorum & ipsius sæpe Imperatoris, qui plurimas, imò maximam partem rerum in jure tractatarum, sine definitione transmittit. Ne tamen planè a symbolos videar, semotà subtilitate Philosophicâ, adferam quid sentiant alii de natura hujus rei. Describitur enim Sors à quibusdam, quòd sit judicium fortunæ, cujus Dux est Deus; & hæc definitio desumpta est, & probari potest ex l. si duobus 3. princ. C. comm. de legat. ubi dicitur fortunam debere esse judicem & sortem in rebus dubiis adhibendam esse. Vid. Tiraquell. de jure primogenit. quæ st. 17. t. Harprecht. ad §. 23. J. de legat. no. 12. Besold. Consil. 35. Brunnem. ad d. l. 3. C. commun. de legat. Ab aliis autem vocatur judiciū occultū, declarans in dubio voluntatem Dei. Ab aliis: Sors est res, indicans in dubitatione humana voluntatem divinam. Vid. Cauf. 26. quæ st. 2. cap. 1. Johann. Goddæum Consil. Marpurgens. vol. 4. consil. 53. no. 15.

VI.

Derivatur Sors à Persico seu Hebræo *Phur* seu *pur*, quod interpretes cadere, seu labi esse volunt; quandoquidem sortes in urnam conjici, & deinde elabi, seu exire dicebantur



cebatur V. Del Rio Disquisit. Magicar. libr. 4. cap. 2. quaest.  
 7. section. 3. facit insignis locus Esthræ cap. 9. v. 24. Quo-  
 niam Haman filius Hammedathæ Agagæus hostis omni-  
 um Jehudæorum, cogitationem iniverat contra Jehudæos,  
 ad perdendum eos, & conjici jusserat Pur [id est sortem]  
 ad fundendum eos & ad perdendum eos, & v. 26. eod.  
 Propterea vocantes dies istos Purim, de nomine Pur sive  
 sortis illius: nempe propter omnia verba epistolæ istius, &  
 propter id, quod viderant hujus rei, & propter id quod per-  
 venit ad ipsos. Et hæc ratio est, & causa videtur, quare  
 fors apud Romanos exire dicebatur, postquam in urnam  
 erat conjecta. Testis est Livius libr. 21. cap. 42. Cum  
 ad unum ferrum, pugnamque poscerent, & dejecta in id  
 fors esset, se quisque eum optabat, quem fortuna in id cer-  
 tamen eligeret. Ut cujusque fors exciderat, alacer inter  
 gratulantes gaudio exultans, cum sui moris tripudiis arma  
 raptim capiebat: quamvis non prohibeam, si quis aliam  
 vocis derivationem amplecti velit, sunt enim hæc, quæ spe-  
 ctant ad derivationem, liberi arbitrii.

VII.

Variis modis hæc declaratio, explicatioque sortis fie-  
 bat; nam non tantum alex jactu de rebus dubiis & incertis  
 determinabatur, sed etiam [1] Hinnitu equi: de quo Justi-  
 nus libr. 1. cap. 10. Erant virtute & nobilitate ita pares,  
 ut difficilem ex his populo electionem æqualitas faceret.  
 Ipsi igitur viam invenerunt, quâ de se judicium religioni &  
 fortunæ committerent. Pactique inter se sunt, ut die sta-  
 tuta, omnes equos ante regiam primo mane perducerent,  
 & cujus equus inter Solis ortum hinnitum primus edidif-  
 set, is rex esset. (2.) Augurio seu aviura apparitione: de  
 quo Livius libr. 1. cap. 6. quoniam gemini essent, nec ata-

A 3

ris

17





tis verecundia discrimen facere posset, ut dii, in quorū tutela  
ea loca essent, auguriis legerent, qui nomen novæ urbi da-  
ret, qui conditā imperio regeret, quod observatum quoq;  
video ab Harprecht: ad Princ. l. de hered. qui ab intest. no.  
127. (3.) Ad spectu Solis primum orientis: Justinus libr. 18.  
cap. 2. servis de statu suo deliberantibus, cum placuisset re-  
gem ex corpore suo creati, cum potissimum voluerunt, qui  
solem orientem prius vidisset. [4.] Duello & pugna singu-  
lari, cap. 1. X. de purgat. vulg. & multis aliis modis. His  
addimus ex Jesuita Martino Del-Rio disquis. magic. libr.  
4. cap. 2. quæst. 7. section. 3. quod fieri solebant sortes ba-  
cillis, talis, oscillis, pilulis, aut tabellis; imò fabis albis &  
nigris, similibusque notis, quas præterimus sponte, excepto  
unico illo, quod de majoribus nostris, præcis Germanis, me-  
moriæ proditum est, de quo sic loquitur Tacitus, de mori-  
bus Germanorum cap. 10. sortium consuetudo simplex,  
virgam fructiferæ arbori decissam in surculos amputant; e-  
osque notis quibusdam discretos, super candidam vestem  
temerè ac fortuito spargunt, mox si publicè consulatur  
Sacerdos civitatis, sin privatim, ipse paterfamil. precatus  
Deos, coelumque suspiciens, ter singulos tollit, sublato se-  
cundum impressam ante notam interpretatur &c. Et qua-  
tenus bacillo non tantum Gentiles, sed & apud Hebræos sor-  
tilegia fiebāt, quæritur Prophetæ Hoseas cap. 4. v. 12. Populus  
meus lignum suum consulit, ut baculus ejus indicet ipsi,  
nam scortationum in errorem agit, ut scortentur averſi à  
Deo suo.

VIII.

De origine & auctore sortium varia sunt tradita apud  
veteres: refert Cicero 2, de divinac. 41, templum fuisse  
præ-



prænestinum, unde antiquissimæ sortes petebantur: de quo libet adscribere quod habet Alexander ab Alexandro Genialium libr. 1. cap. 13. Ferentano in oppido & in Algidio, atque Antii, Equestris Fortunæ templum & alterum Prænestæ, satis vetustum & multa religione inclytum visebatur, ubi sub imagine duarum sororum colebatur, ex quo consulentibus certa edi oracula putabant: ubi Sortes primum à Numerio Suffio sitas fuisse fama fert, sicut Lyciæ fons sortes antiquissimis characteribus, quibus futura prænoscentur, emittere traditur. Nos auctorem permissæ & licitæ sortis facimus Deum, qui illum res, dubias determinandi, modum instituit in populo suo, jussitque eo uti gentem Israëliticam, de quo Numer. 26. v. 55. Numer. 33. v. 54. & cap. 34. v. 13. Deut. 1. v. 38. Jol. 1. v. 6. 1. Samuel. 14. Paralyp. 24. v. 5. Itaque frustra sunt gentes, quæ sortis inventionem suis diis tribuunt.

## IX.

Cæterum hæc ratio fortiendi tam late serpsit, ut minime constiterit & manserit in populo Dei, sed continuo eruperit ad omnes pene gentes, ut sortilegium quasi Gentium juris factum videas. Hinc antiquissimis temporibus Cyrus, ab ipsis pueris, sorte in Regem eligitur. Justin. libr. 1. cap. 5. princ. Romulus & Remus sortito dividunt jus constituendæ & vocandæ novæ tunc Urbis Romæ, Livius libr. 1. cap. 6. Titus & Arunx liberi Tarquiniolorum sortem permittunt, uter eorum primus matri osculum ferret. Livius libr. 1. cap. 56. Alexandri Magni successores patrimonium sui quondam Principis sorte distribuunt. Justin. libr. 13. cap. 4. Harprecht ad princ. Inst. de hered. quæ ab intestat, no. 127. Sed quid de hominibus dico, cum ipsi



ipſi illi Dii Gentilium, qui ex antiquiſſimis regibus vel Principibus, de genere humano ob bonum regimen bene meritis fuerant, ſorte uſos fuiſſe conſtet, & diuiſiſſe hoc pacto patrimonium. Hinc Euhemerus, antiquus hiſtoricus, qui ex ſacris inſcriptionibus & titulis templorum, geſta deorum collegit, apud Laſtant, libr. 1. Diuin. Inſt. cap. 17. dicit Jovi obtigiſſe cœlum, Neptuno mare, Inferna Plutoni, miraturque cur non terra potius in ſortem tertiam uenerit? Eſt apud Virgil. *Æneid.* 1. v. 143.

Non illi imperium pelagi, ſævumque tridentem  
Sed mihi ſorte datum

Ubi Servius Interpres, ſorte ideo ait, quia Jupiter & Neptunus & Diſpater, Saturni & Opis filii, cum de mundi poſſeſſione certamen iniſſent, placuit ut imperium ſorte dividerent, ita effectum eſt, ut cœlum Jupiter, maria Neptunus, Diſpater inferos ſortirentur. Vid. Roſinum *Antiquit. Roman.* libr. 2. cap. 13, & ad id *Parallipomena Thomæ Demetrii Jcti.*

## X.

Ex hiſce, breviter præmiſſis, conſtare puto, ſortis uſum nobis Chriſtianis hodie permiſſum quoque eſſe, adeoque non temerè damnandum, prout multi faciunt, qui ſeduci ſe patiuntur, non tam uſu, quam abuſu ſortium. Licet enim in Novo Teſtamento, quantum quidem ego ſciam, ſortis ratio non ita præſcribatur, uti in veteri; dubium tamen non eſt, quin ſaluberrimæ illæ leges, quibus aliquando gubernata & conſtituta fuit reſpublica Hebræorum, noſtris quoque rebus publicis adhiberi poſſit: ut nihil dicam, luculentiffimum exemplum Apoſtolorum ſatis nobis monſtrare, quid imitari tutò poſſimus *Actor.* 1. v. 26.

XI. Sed



## XI.

Sed quoniam hoc non caret magnis difficultatibus, nos, ut de re tota clariùs constet, separabimus sortem licitam & iustam, ab impia & illicita. Sunt enim sortes non unius generis, sed dividuntur communiter & secundum usum maximè frequentem, in Divinatoriam, Consultatoriam & Divisoriam, putamusque, has species verè esse distinctas, nec in omnibus consultatoriam & divinatoriam convenire. Amesius de Conscientia libr. 4. cap. 23. princ. Martin. Del-Rio Disquisit. Magic. libr. 4. cap. 2. quæst. 7. sect. 3. Marpurg. Vol. 4. Consil. 53. no. 15. Larrea Decis. Granatens. 45. no. 26. Wissenhach. ad l. ult. C. commun. de legat.

## XII.

Divinatoriam vocamus, quæ ad res occultas, tam præsentis, quam præteritas investigandas & exquirendas adhibetur C. non oportet 26. quæst. 5. l. nemo. 5. C. de malef. & mathem. Farinac. quæst. 20. no. 74. à Consultatoria maximè distans, quod per illam exquiramus res latentes & futuras adhuc, cum per divinatoriam de rebus præteritis & præsentibus agatur; quamvis videamus eas species sæpe misceri à Doctoribus. Hæc sortium genera periculosè adhiberi in republica Christiana, non est quisquam verè pius, ut ego quidem sentio, qui dubitare audeat: Nisi enim probe & cautissimè respicias, non tantum ut medium aliquod extraordinarium, nullamq; habens certam regulam, sed per quod tentatur facilè providèria Dei audiet, V. Ames. de consc. libr. 4. cap. 23. imo viam sternet ad horrendas superstitiones, cultumque & invocationem diaboli. Quare quando magistratus Christianos, piosq; viros uti aliquando videmus, etiam hæc divinatoriâ & consultatoriâ sorte,

B

sub-

Sed



subdividenda necessario est in sortitionem piam , honestam & Christianam , & contra in impiam , inhonestam & diabolicam.

## XIII.

Posteriorem illam quod attinet, merito illa rejicitur, & expellitur è republica Christiana, cum adhibeat in consilium dolum, fraudes, fallacias & horum omnium auctorem Diabolum: quare etiam jure divino prohibita plane est. Ezechiel. 21. v. 26. Exod. 22. v. 18. ubi prohibet Deus, ne vivant istiusmodi homines à Deo ad Pythones & ariolos confugientes. Deuter. 18. v. 10. Levit. 20. v. 6. & v. 27. Non dissentit Pontifex Romanus, sed graviter invehit in sortem, & sortilegia ejusmodi. caus. 26. quæst. 5. nec absunt testimonia Jurisconsultorum, artem diabolicam vocantiū has sortes, & maximam, atrocissimamque hæresin, cujus obnoxios, tanquam peccantes in majestatem divinam Carpzov. part. quæst. 48. no. 1. Wesenb. ad Leg. Jul. Majest. in fin. examini inquisitorio rectè subjici, & acerbis suppliciiis affici statuentium ex l. nemo §. C. de malef. & mathem. Damhaud. prax. Criminal. cap. 1. Argentorat. Vol. 2. Conf. 82. no. 34. Thomas Trivisian. libr. 2. Decis. 39. no. 8. etiamsi homines utantur hâc sortis specie in bonum finem, e. g. monstrando hominibus res furto ablatas, indicando de absentium valetudine & statu, curando ægros, pellendo mures & serpentes, & quotquot sunt ejus generis, cujus in vetula quadam octuaginta annorum, nobile præjudicium exstat apud Vincentium Carocium Decis. 88. ad quem brevitaris causa me remitto. Addi potest Struv. Exerc. 49. thes. 64. & 65. Carpzov. part. 1. quæst. 50. no. 1. Berlich. part. 4. Conclus. 3. no. 3. Colerus part. 1. Decis. 180. no. 1. & 6. Schneidvv. ad §. 23. J. de legat. no. 6. Farinacius quæst. 20. no. 74. Riccius Decis. 631.

XIV. Et



Et dolendum profecto est, quod videre debemus, hanc tortiendi rationem ita irrepsisse inter Christianos, ut vix pro peccato apud multos amplius habeatur. Videmus enim non plebem tantum, sed & altioris conditionis homines, quando quid morbi accidit pecoribus seu hominibus, continuò adhiberi sortiarios: *Die Segensprecher* / quasi videlicet hi miseri homines quid remedii possent afferre, & non potiùs animam simul cum corpore perderent. Videmus ergo cordatos magistratus graviter castigare non solum illos sortiarios maleficos, sed etiam illos, qui innoxia quidem, at superstitiosa afferunt remedia, nempe characteres, verba Evangelii, in principio erat verbum &c. sigilla, imagunculas, cruces, speculum, cribrum, cristallum, conceptis verbis ignotis, quibus plerumque immiscetur nomen S. S. Trinitatis, & benedictio divina, ut fraus & dolus diabolico meliùs tegatur. Vid. Farinac. de delictis & pœnis. quæst. 20. n. 98. Carpzov. part. 4. Const. 2. Decis. & princ. Criminal. part. 1. quæst. 50. ubi dicit, usu obtinuisse in foro Saxonico, antequam sortiarii illi ad pœnam trahuntur, quod committi soleant ministris Ecclesiæ, qui eos rectiùs institutos, deducant à tam horrendis superstitionibus. Matth. Coler. Decis. 108. Berlich. part. 4. Conclus. 5. n. 69. Reperio apud Johannem à Sande libr. 5. tit. 9. Decis. 13. placuisse curiæ Frisiacæ, deligare hos sortiarios ad palum, in loco supplicii, ut ibi per aliquod tempus, literis, characteribusque pectori affixis, & postea combustis, derideantur & tandem in exilium mittantur. Sunt & aliæ pœnæ in miseros hosce homines constitutæ e. g. remotio à testimonii dictione, de quo late tractat. l. *testium* 3. ff. de testib. Farinac. quæst. 56. n. 126. fustigatio, excommunicatio.





tio. Farinac. quæst. 20. no. 98. imò Gravissimus Theologus Guilielm. Perkinsus de magia part. 4. cap. ult. hos incantatores, quamvis nemini nocuerint, secundum Legem Mosaicam, ultimo supplicio afficiendos esse censet, à qua sententia discedendum non esse, si semel puniti hi sortilegi, postea revertantur ad idem delictum, docet Ricc. prax. Eccles. Decis. 673. V. Schurf. centur. 2. Consil. 30. Farinac. d.l. Menoch. arbitr. quæst. casu. 387. & 388.

## XV.

Qua occasione quærere non erit supervacuum, coram quo iudice hæc causa sortilegii erit tractanda, num coram laico, an autem coram ecclesiastico. Et videri possit, quia sortilegium est species idololatriæ & hæreseos Farin. quæst. 20. no. 87. quod coram iudice ecclesiastico ventilari deberet: sed hoc non obstante, ex communi Doctorum sententia, ipsum illud crimen sortilii esse fori mixti putamus, quare cognitio eius ad utrumque, etiam iudicem Laicum & Ecclesiasticum spectabit, per tradita Farinac. de inquis. quæst. 8. no. 133.

## XVI.

Relicta igitur hæc veritã sortiendi ratione, ad eam progredimur, quæ majorem æquitatem & justitiam in se habet, adeoque in jure permessa est, modo adsint sua requisiti; nempe modo fiat remorã omni temeritate, urgentibus maximis necessitatibus, occlusa omni aliã viã expediendæ rei, & invocato Dei auxilio, per ardentissimas preces; aut si quid simile à pia & devota mente excogitari posset. Actor. 1. §. 23. & 24. & c. Koppen. Observ. prædic. 1. Observ. 148. in fin.

## XVII.

Hinc ergo videmus oriri sortitiones illas, in bene constitutis civitatibus, ut non tantum iudices & magistratus  
per



per fortilegium ejusmodi creenter, sed & Episcopi seu ministri verbi divini, in sortem & urnam conjiciantur, ut ille demum præsit publico muneri, cujus nomen præprijis exeat: est enim inter æquales difficilis æstimatio, secundum Justinum, libr. 1. cap. 10. ubi inquit, erant virtute & nobilitate ita pares, ut difficilis ex his populo electionem æqualitas faceret. Quoniam autem secundum Alexandrum Magnum, optimus quisque summis honoribus est præficiendus: Curt. libr. 10. homines verò de intrinseca hac qualitate certum, firmumq; judicium formare non possint, ad sapientioris consilium decurritur, petiturq; per sortem, ut res obscuræ & dubiæ declarentur, quandoquidem illa aliter expediri non possunt.

XVIII.

De judicum & magistratuum sortitione sufficiente sequentia, unde patebit, licet præxis quotidiana taceret, quid de hoc sortitionis genere statuendum. Livius libr. 4. cap. 26. Sors ut Dictatorem diceret, Quintio evenit: & Servius ad illud Virgilii libr. 6. v. 431.

Nec vero hæ sine sorte datæ, sine judice sedes, Traxit hoc ex more Romano. Non enim audiebantur causæ, nisi per sortem ordinatæ. Optima ratione, ut hoc pacto omnis fraus, omnisque suspicio doli & calliditatis abesset, & uti incertum est, cujus nomen ex urna exiret, nemo judicum corrumpi posset. Rosinus de Antiquit. Roman. libr. 9. cap. 20. & imprimis Dempsterus in paralipom. ad dict. cap.

XIX.

Dicit aliquis, hoc pacto eligi sæpe per sortem in magistratum & judicem minus idoneum, & incapacem. Sed tenendum est, non debere fieri hanc sortitionem temerè &

B 3

sine





sine omni iudicio, sed quando inter eligendos, ratione virtutis & capacitatis, tanta est æqualitas, ut electio non aliter fieri possit. Hinc prudentissimi Veneti, qui Ducem suum etiam per sortem eligunt, plures ex melioribus eligere primum solent, & tunc sortem ex trahere, ut Dux ille non tam sorte, quam electione eorum, optimus constitutus videatur, prout hunc & similem eligendi modum in Hispania, circa procuratores Regios, testatur observari J. C. Hispanus Baptista Larrea Decis. Granat. 45, no. 29. & 30.

## X X.

De sortitione Episcoporum & ministrorum verbi divini, major difficultas oriri potest, propter legem expressam *sacris* 47. princ. C. de Episcop. & cleric. ubi dicitur Abbatem eligi debere, qui sit vitæ honestæ, & honestæ conversationis, & qui servare creditos sibi possit, cum sit conveniens, omnem principatum, & omnem hominum præfecturam, non ex temporibus, neque ex sortibus, neque ex fortuitis circumstantiis, sed ex electione, ex eo quod præstantius est, fieri: & bonum apud omnes testimonium & probationem esse, fieri ordinationi ordinem. Putem igitur, hanc legem intelligendam de temeraria illa sortitione, quæ adhibetur, citra scrutinium & inquisitionem in mores, vitam & eruditionem clericorum eligendorum ad munus episcopale, quam damnavimus paulo ante: quamvis doctissimus Antonius Faber libr. 1. C. tit. 5. Decis. 38. existimet, olim quidem licitum fuisse, sortitò creare episcopum: hodie autem non amplius fas illud est, sed procedendum esse per viam scrutinii, & sic iudicatum refert in Curia Sabaudica. Moribus sane apud plurimos reformatos, & in mea quoque patria, sortito sæpe eligi videmus ministros verbi divini: quem admodum ante hanc Justiniani novam legem non



non tantum Christianos veteres, sed & gentes elegisse suos sacerdotes satis indicat Virgilius *Æneid.* 2. v. 201.

Laocoon ductus Neptuno sorte sacerdos

Ubi notat sæpiùs laudatus Servius, sic moribus passim fuisse receptum. Nec quicquam puto obstare cap. 2. caus. 26. quæst. 2. ubi dicitur non statim nos sub exemplum Jonæ fortibus credere debere, vel illud de Actibus Apostolorum huic testimonio copulare, ubi de sorte in apostolatam Matthias eligitur: quando quidem hæc intelligenda itidem putem, de temeraria illa sortitione, uti satis notat particula *Statim*, quæ sane cessat, quando, ob summam Doctorum, piorumque virorum æqualitatem, plane tollitur eligendi facultas: deinde plus est apud me sanctissimum Apostolorum exemplum & auctoritas, quam centum effata alicujus Episcopi Romani.

XXI.

Ad hanc sortem consultatoriam seu divinatoriam quoque refero, quando plurimi milites deliquerunt, nec satis constat quisnam eorum ante omnes reus sit, & in culpa: videmus igitur constitui sortitiones, & modò centesimum, modò vigesimum, modò, & quidem plerumque, decimum militem sortitione eligi & trahi ad supplicium. De hoc genere sumendi supplicium sic loquitur Livius libr. 2. cap. 59. cœtera multitudo sorte decimus quisque ad supplicium lecti & Tacitus Annal. libr. 3. cap. 21. Decimum quemque ignominiosæ cohortis sorte ductos, fusti necat, Cicero in Orat. pro Cluentio: Statuerunt majores nostri, ut si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam adniverteretur, ut metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perveniret,

XXII. Quid





Quid ergò dicemus, rectène hoc fieri & frequentis-  
sima praxi meritò hunc modum approbati, quo videmus,  
omnem antiquitatem usam esse, ob nobile illud axioma  
politicorum, terror ad omnes, pœna ad paucos? an verò  
eum damnabimus, cum aliis, quandoquidem etiam multi  
innocentes hoc pacto sæpe ceciderint, ut testatur Tacitus  
Annal. libr. 14. cap. 44. ex fuso exercitu, cum decimus  
quisque fusti feritur, etiam strenui sortiuntur: habet, ali-  
quid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contra  
singulos, utilitate publica rependitur. Sane verum est,  
multos hic oriri abusus, & non semper procedi secundum  
regulas pietatis, in disciplinæ militaris exercitio. Quare  
etiam contingere potest, quandoquidem hæc militum sor-  
titio sæpe instituitur citra necessitatem summam, certe le-  
viter, aut nullo modo invocato auxilio divino, quod vel ma-  
ximè necessarium ducimus in re tam ardua, ut rapiantur il-  
li, qui minùs peccaverunt & contra ob iudicium fortis par-  
catur aliis, qui plus peccaverunt. Videatur de hac ardua  
quæstione Struvius Exerc. 49. thes. 89. ubi tamen rem in-  
decisam relinquit, & provocat ad auctoritatem Carpozov.  
V. Schonbornerum libr. 1. polit. cap. 13. no. II.

## XXIII.

Tractari hic posset nobilis illa quæstio de sponsioni-  
bus, & ludo fortunæ, nempe an pactum de solvenda certa  
summa, si quis ludo fortunæ licito & permisso succubuerit,  
valeat? Igitur ne præjudicium fiat reliquis, quæ adhuc tra-  
ctanda, valere id puto, & dari hinc validam actionem victo-  
ri, contra succumbentem per l. *periculi* 5. ff. de nautic. fœ-  
nor. & l. *in quibus* 3. ff. de aleatorib. quia hic censetur con-  
tracta emptio periculi. l. *nec emptio* 8. §. *aliquando*. ff. de  
contrah. emptio. Christinaus Vol. 2. Decis. 93. Unf.



## XXIV.

Unicum adhuc addo ad sortem illam divinatoriam, seu consultatoriam, & deinceps progrediar ad divisoriam, quæ magis est mei propositi; nempe electionem dierum & temporum, serendi, plantandi, comas scindendi, liberos ablaſtandi, & quotquot sunt ejus generis. Ut de hisce hominibus nihil gravius dicā, certe superstitiosi sunt, & ignorantes verbi divini, itaque peccant graviter in legem Dei, & idcirco à magistratu politico, carcere, vinculo & exilio puniri possunt. Carozov. part. 4. Const. 2. Decif. 8. Vincentius Caroccius Decif. 88. no. 13. Labet hic adscribere dictum Augustini de Civitate Dei libr. 5. cap. 7. O stultitiam singularem! eligitur dies, ut uxor ducatur. Cur alios eligunt dies accommodatos ponendis vitibus vel arboribus, vel segetibus: alios dies pecoribus, vel domandis, vel admittendis maribus, quibus equarum vel boum fœtentur armenta, & cœtera hujusmodi? Si autem propterea valent ad has res dies electi, quia terrenis omnibus corporibus, sive animantibus, sive non animantibus, secundum diversitates temporalium momentorum, & syderum positio dominatur; considerent, quam innumerabilia sub uno temporis puncto, vel nascantur, vel oriantur, vel inchoentur, & tam diverso exitu habeant, ut istas observationes cuivis puero ridendas esse persuadeant.

## XXV.

Progredimur ergo ad divisoriam fortitionem, quæ res nostræ dividi solent, quæ sunt in commercio, sive mobiles sint, sive immobiles, corporales aut incorporales, & cujuscunq; demum sunt naturæ & conditionis. Magnum hæc

C

res



resusum habet in foro & negotiis civilibus, ex quibus pauca depromam tantum, relictâ aliis ulterius investigandi licentiâ.

## XXVI.

Ante omnia scire debemus, usum habere hanc sortitionem, non tantum in rebus, quæ emi, vendi, & permutari solent; sed, ut incipiam à rebus gravioribus, in matrimonialibus etiam. Quamvis enim hæc res tanti momenti non temerè suscipi debeat, sed post multas preces, & fidelem, constantemque Dei invocationem, videmus nihilominus, multos & olim & nunc uxores sibi sumere, adhibita forte, prout non ita pridem contigisse in vicinia nostra, mihi narratum memini à Viro non exiguæ fidei & auctoritatis, & ut hoc testantur historiæ veterum & poetæ. Adducam unum vel alterum, relictâ unicuique licentiâ damnandi vel approbandi hoc factum. Aurelius Cassiodorus libr. 8. epist. 9. ait, junctus à malo genero, nobilissima tibi facta consortia. Suetonius in Tiberio cap. 35. in fin. alium & quæstura removit, quod uxorem, sortitione ductam pridie, postridie repudiasset. Et Ovidius Epist. 16.

Sed siue quam tribuit sortem fortuna tueri

Nec spolium nostrit turpe pudoris habe.

Adde Rosinum Antiquitatum Romanarum libr. 5. cap. 37. ubi plura hujus generis leguntur.

## XXVII.

Neque hæc uxorum sortitio unius tantum erat gentis, sed plurimæ utebantur eodem modo. Itaque apud Lacedæmonios plurimæ puellæ deducebantur in unum obscurum locum, & cogebantur juvenes sorte extrahere sibi unam



nam ex illis ; & quæ obvenerat, eam etiam sine dote retine-  
 re debebat, nec quærebatur amplius formosa esset, vel de-  
 formis. Vid. Hermippum Zvinger. in theatro vitæ huma-  
 næ vol. 3. libr. 7. & refert, Johannes Baptista Latrea De-  
 cif. 45. ex Mendozæ historia Sinarum & Tartariæ, quod non  
 dissimilis uxorum sortitio ibi adhuc in usu sit. Quicquid  
 verò illud sit, ad hanc conjugum sortitionem mihi viden-  
 tur quoque respexisse passim in legibus nostris Imperatores  
 Diocletianus & Maximilianus in l. cum te 18. C. de inoffi-  
 cios. testament. cum te pietatis religionem non violasse,  
 sed mariti conjugium, quod sortita distrahere noluisse, ac  
 propterea offensum atque iratum patrem ad exhereditatio-  
 nis notam prolapsum esse dicas: inofficiosi testamenti que-  
 relam inferre non vetaberis: & Imperatores in l. fin. C.  
 de incol. & ubi quis domicil. hab. vid. Mulieres honore  
 maritorum erigimus, & genere nobilitamus, & forum ex  
 eorum persona statuimus. Sin autem minores ordinis vi-  
 rum postea sortita fuerint, priore dignitate privata, poste-  
 rioris mariti sequentur conditionem. Denique Ulpianus  
 in l. 8. ff. de Senator. Fœminæ nuptæ clarissimis personis,  
 clarissimarum personarum appellatione continentur. Cla-  
 rissimarum fœminarum nomine senatorum filiæ, nisi quæ  
 viros clarissimos sortita sunt, non habentur, fœminis enim  
 dignitatem clarissimam mariti tribuunt &c.

## XXVIII.

In tutelæ quoque negotio sortem adhiberi posse nul-  
 lus dubito. Si enim plures sint, sive legitimi, sive testa-  
 mentarii tutores, nec inter eos conveniri potest, quis eorum  
 gerere tutelam & administrare debeat, nullaque alia via  
 supersit expediendæ controversiæ, quid obstat, quo minus

C 2

ad



ad sortem decurri possit, cum regulariter sint permittæ in jure, nisi ubi ex causa, superstitionis sorte, reperiantur prohibita. Nulla enim constitutio, vel lex proferri potest, qua sortis usus sit prohibitus in hoc casu nostro, sed potius videtur mihi deduci posse hanc sententiam ex l. *si qua* 5. ff. famil. erisc. ubi, si quidam omnes iisdem partibus heredes sint, nec inter eos conveniat, apud quem potius esse debeant, sortiri eos oportet. Loquitur hic textus de hereditate dividenda, si ejusmodi casus exstet, ubi propter æqualitatem convenire aliter non possunt, sed cum tutorum hæc æqualitas hodiè multò facilius, præsertim in legitima tutela, evenire possit, postquam in allodialibus cognati & agnati in eadem sunt dignitate & æstimatione. Novell. 118. cap. 4. hic, secundum Julianum in l. *non possunt* 12. ff. de L.L. ad familia procedimus: quamvis videam ab hac sententia decedere Schneidvvin. §. 1. J. de satisdat. tutor, no. 8.

XXIX.

Magnum vero usum habet fors, quando bona quædam communia sunt dividenda. Vinnius ad §. 23. J. de legat. n. 7. sive illa ad nos pertineant jure hereditario, sive alio quodam titulo singulari l. 4. 5. & 16. ff. comm. divid. Nam quia communio parit rixas l. *cum pater* 77. §. *dulcissimis* 20. ff. de legat. 2. & sæpe res illa determinari non potest, ob maximam ejus obscuritatem, non tantum ordinaria, sed & sæpe extraordinaria remedia sunt adhibenda. Et certum est, in judicio familiæ eriscundæ, si inter hæredes conveniri non possit, hæreditatem officio judicis vel arbitrorum, vel ut potissimum, sorte esse dividendam l. *non amplius* 26. §. ult. ff. de legat. 1. quia fors divisionibus ut arbiter & diremptor adhiberi solet §. *optionis* 33. J. de legat. 1. l. *si qua sunt* 5. ff. fa-





ff. famil. ercisc. l. fin. C. commun. de legat. Hahnus ad  
 Wesenb. commun. divid. no. 5. Gail. 2. Observ. 116. no.  
 14. Baldus in l. 2. C. quando & quib. quart. pars. Carpzov.  
 part. 3. Const. 15. Definit. 1. Marpurgens. vol. 1. Consil. 32.  
 no. 23. Et communiculo Dd. hanc esse probatam sen-  
 tentiam refert Tiraquellus de jur. primog. quaest. 60. Suf-  
 fragatur Mynsing. centur. 4. Observ. 37. in princ. Idem  
 tenent Schneidvv. in §. 23. J. de legat. & Mynsing. eodem  
 Wesenbec. in parat. ff. famil. ercisc. no. 6. in fin. ubi di-  
 cit tutius esse hoc casu rem sorti committere, aitque Ernest.  
 Cothmann, vol. 1. Conf. 23. no. 85. Quomodo de jure di-  
 visio sit facienda magna & prolixa est quaestio, quam modo  
 examinare & definire non expedit, neque temporis ratio  
 patitur. Sed sufficiat tantum monuisse, quod tutius sit judi-  
 cis officio divisionem facere, & unicuique fratrum ex divisio-  
 ne facta portionem suam sorte assignare, secundum, ea quae  
 habet Menochius cas. 123. & latissime Joh. Fichard. conf.  
 12. no. 21. & seqq. Adde Consil. Marpurgens. vol. 4. Consil.  
 33. no. 14. & Mevium parte 2. Decis. 21.

## XXX.

Nec me tangit, quod proditum est à quibusdam ma-  
 gni nominis Doctoribus, sortis utrum regulariter esse prohi-  
 bitum, c. 26. quaest. 5. c. *Ecclesia X.* de sortileg. neque lo-  
 cum habere nisi in casibus specialiter in jure permissis. Bald.  
 ad l. 2. C. quand. & quib. quart. pars Felin. ad cap. *sancta*  
*crucis* n. 21. X. de rescript. Æmil. Ferret. B. 1. 2. & 4. Ro-  
 deric. Soarez. ad l. 11. C. de inoff. test. n. 16. Hieron. Schurff.  
 consil. 71. n. 13. cent. 1. Quoniam enim in pluribus aliis ca-  
 sibus permessa est fors, de quibus mox agemus, & jam ex  
 parte actum est, quid impedit, quo minus ad similia proce-

C 3

damus?



damus? non enim possunt omnes articuli sigillatim aut legibus, aut SCtis comprehendi: sed cum in aliqua causa sententia earum manifesta est, is, qui jurisdictioni præest, ad similia procedere atque ita jus dicere debet l. 12. ff. de LL. Nam, ut ait Pedius, quoties aliqua lege unum vel alterum introductum est; bona occasio est, cætera, quæ tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione, vel certe jurisdictione supplere. Deinde nulla constitutio produci potest, qua sortis remedio in divisionibus bonorum uti prohibitum sit, ut paulo ante jam dictum est. Quinimò cum certis casibus sortis usus in jure Canonico reperiatur prohibitus, neque generalis prohibitio alia in sacra scriptura, vel corpore juris, quantum quidem mihi scire licet, extet, ab enumeratione horum casuum specialiter prohibitorum, colligitur regula generalis in contrarium, nempe sortem regulariter non esse prohibitam, cum per se mala non sit cap. 26. quæst. 2. Hahn, ad Wes. paratitl. commun. divid. n. 5. & casus exceptos stabilire id, quod exceptum non est. l. nam quod 4. §. si cui fin. ff. de pen. legat. Zatus ad l. 15. ff. de LL. Jac. Menoch. conf. 4. n. 23. Jason, ad l. 1. C. de V. S. Bald. in l. 1. §. 2. ff. de ter. & dilat.

## XXXI.

Tenendum autem est, quod non facile ad remedium hoc decurratur, ob manifestum periculum, quod adimus; sed tum demum, quando adsunt requisita necessaria, inter quæ, post illa, quæ jam narravimus, etiam hoc locum habet, ut consentiant inter se partes, quarum bona sunt in communione posita, & veniunt dividenda, uti hoc innuit Harprecht. ad § 23. l. de legat. Marpurg, vol. 4. Consil. 53. n. 19.

XXXII. Hinc



XXXII.

Hinc ergo decidenda venit illa quæstio, an Judex cogere possit partes nolentes ad subeundam sortem, vel an saltem id suadere debeat? Nobis negativa verior videtur, nempe judicem non posse cogere partes ad subeundum hoc fragile judicium, sed teneri, sententiam ferre & terminare rem ordinatio modo. l. in causa 16, princ. ff. de minorib. Mevius part. 2. Decis. 21. Menoch. arbitrar. Cas. 442. n. 11. & 11. Per quod tamen non excludimus, facultatem statuendi in judice, an forte uti velit, an alio modo, sed est hoc in ipsius arbitrio & potestate, eligere viam illam, quam maxime commodam esse censet, modò non cogat partes ad faciendam sortem, prout cogere potest ad audiendam sententiam, Philippus Matthæ, Consil. Marpurg. vol. 1. Cons. 32. n. 26. Mevius d. l. n. 2. Fichard, Consil. 12. n. 25. Judex autem prudenter faciet, & ei expediet devenire ad sortem, si periculum est perversæ suspicionis & partialitatis, declinando hoc modo, quicquid inde evenire posset, à se, infortunam seu sortem. Philippus Matthæ, d. Cons. 32. n. 26. in fin.

XXXIII.

Ab hac tamen regula excepta videmus judicia militaria, quibus renuentes & nolentes, sorti subjiuntur, & ludere tenentur de vita & sanguine iaviti etiam & gementes, quo jure vel injuria, dictum est supra, unde nova orietur divisio in sortem voluntariam & necessariam.

XXXIV.

Porro requiritur, quando bona per sortem sunt dividenda,

t le-  
sen-  
, ad  
LL.  
rum  
nt ad  
isdi-  
test,  
itum  
ertis  
itus,  
cor-  
enu-  
colli-  
gula-  
o. 26.  
s. &  
nans  
e LL.  
Bald.  
  
dium  
mus;  
inter  
n ha-  
nt in  
oc in-  
Con-  
  
Hinc





denda, ut adsit æqualitas, & ut portiones ita constituatur, ne quis per sortem gravari possit. l. 11. C. famil. ercisc. l. 4. in fin. C. commun. dividundo. Ut enim de sortitione iudicum & magistratum dictum est, nempe æquales esse debere, qui eligendi sunt per sortem, ut non tam fortuna, quam industria & probitas humana electionem facere videatur; idem quo minus obtinere debeat in divisione rerum, nullum video dubium. Latius hæc deducit Nicolaus Boërius Decis. 46. quem sequitur Johan. Goddæus Vol. 4. Marpurg. Consil. 53.

## XXXV.

Hinc ergo quærendum est, an rescindi debeat divisio facta per sortem, si appareat portiones inæqualiter esse factas, & prægravatum unum, alterum vero locupletem esse factum? Missis ambagibus & sententiis in contrarium euntibus, dico simpliciter, non esse rescindendam sortem, ob aliquam læsionem. Cum enim læsio & ob eam restitutio in integrum oriri soleat ex errore nostro, seu facilitate l. verum 11. §. item 4. ff. de minorib. aliisque vitiis, quibus clementem, facilémq; se præstare solet Iudex; hoc autem casu, quando adhibetur iudicium sortis & fortunæ, nulla sit facilitas, nullusve error, sed determinatio summi & sapientissimi iudicis, mirum esse non debet, si denegetur quoq; in integrum restitutio. Besold. part. 2. Consil. 85. n. 3. Baldus in l. 7. §. ult. ff. de minoribus. Gomezius in suis resolutionibus de contract. cap. 4. num. 4. Pinel. ad l. 2. C. de rescindend. vendit. Maranta de ordin. judic. part. 6. n. 147. quibus Adde Consil. Marpurgens. vol. 1. Consil. 32. n. 34. Imprimis verò facit huc textus l. de fideicommissis 11. C. de transact. ubi auxilium restitutionis in integrum denegatur ei, qui ex eventu incerto



incerto damnum fecit: læsus enim dici non potest, qui sci-  
 ens, volensque, nullâ coactus necessitate, nullaque vi, res  
 suas committit incerto & ambiguo eventui, ex quo tam fa-  
 cile lucrum trahere potest, quam damnum pati. Johan. Si-  
 chard. ad l. 3. C. commun. utriusque iudicii, ubi refutat Bal-  
 dum, statuentem dari restitutionem in integrum in mate-  
 ria sortis, quando læsio se extendit ultra dimidium. Quam-  
 vis enim Jason. in l. 2. C. commun. de legat. Corneus Con-  
 sil. 143. vol. 4. pluresque alii, ejusdem cum Baldo videantur  
 esse sententiæ, contrarium tamen adeo verum est, ut ne  
 minor quidem, aut aliæ privilegiatæ personæ, restituantur  
 contra iudicium sortis. Marpurgenf. vol. 1. Consil. 32. n. 34.  
 & hanc sententiam veram esse testantur Paul. de Castro in  
 Consil. 389. dubio 2. vol. 1. & Cuma Consil. 72. col. ult. eâ-  
 que æquitate niti videtur, cum accidere potuisset, ut mi-  
 nor idem illud lucrum sensisset, quod alteri per sortem ac-  
 cidit, jam verò nulla læsio considerabilis videtur, quando  
 incertus est & dubius eventus, & quando commodum  
 tam facile accidere potest, quam incommodum. Cravet-  
 ta Consil. 142. n. 8. Adde l. si pater 12. C. de inoffic. test. ubi  
 inquit Imperator, calumniosam inofficiosi actionem adver-  
 sus justum iudicium testatoris instituere non debetis, cum  
 ex huiusmodi fideicommissaria restitutione tam matris,  
 quam fratris ejus portio ad eum pervenire poterat Tira-  
 quell. ad l. 8. C. de revocand. donat. Brunnem. ad l. 11. C. de  
 transact.

## XXXVI.

Nec tantum in dividendis rebus communibus fors lo-  
 cum habet, sed etiam in formando, constituendoque or-  
 dine iudicii, sæpe enim evenit, maximè in iudiciis duplici-

D bus,



bus, familiae erciscundae, communi dividundo, finium re-  
gundorum, ut duo simul ad iudicem provocent, sitque in-  
certum, quisnam actor vel reus esse debeat: quare si res ali-  
ter terminari non potest, optimum erit, & maximè con-  
sultum, confugere ad sortem & determinare rem obscu-  
ram sub impartiali hoc iudice; in iudiciis enim duplicibus,  
inquit Gajus in l. 13. ff. de iudic. eum placet esse actorem,  
qui ad iudicium provocavit: sed subjicit mox Ulpianus in  
l. 14. ff. eod. at cum ambo ad iudicium provocant, sorte  
res discerni solet. Add. l. 2. §. 1. ff. comm. divid. Duarenus  
tit. de iudic. n. de litigatoribus, Carpzov. part. 1. Const. 7.  
Defin. 23.

## XXXVII.

Porro fors locum habet in legato optionis: Si enim duo-  
bus vel tribus hominibus vel pluribus forte optio servi,  
vel alterius rei fuerit relicta, & certetur, quis optionem fa-  
cere debeat, prout est naturalis hominum ad dissentien-  
dum facilitas l. 17. §. 9. de recept. qui arbitr. recep. iudi-  
cium fortunae est adhibendum inter altercantes, ut quem  
fors prætulerit, is quidem habeat potestatem eligendi, cœ-  
teris autem æstimationem præster contingentium eis par-  
tium. l. ult. prin. C. commun. de legat. Harprecht, ad §. 23.  
l. de legat. n. 11. & Schneidwin, eod. n. 3. Nec obstat l. he-  
redes 25. §. si incerto 17. ff. famil. ercisc. ubi sortis nulla fit  
mentio, sed dicitur, ob dissensionem heredum legatarii im-  
pediri legatum hominis incerti: Nam ut putat Giphanius,  
loquitur hic testator de legato generis, quod facile impe-  
ditur dissensione, vel quod verius videtur, relicta hic sunt  
juris veteris vestigia, sublata postea per l. ult. C. commun.  
de



delegat. Notum est enim jure veteri, legata optionis hanc conditionem in se habuisse, ut pereant, nisi legatarius vivus optasset. §. 23. l. de legat. ibique Mantzius. 8. Wissenbach. ad l. ult. C. commun. de legat.

## XXXVIII.

Quæsitum olim memini inter Jctos, si quis rogatus esset plures servos manumittere, & ad quorundam pretium sufficiat id, quod relictum est, ad omnium non sufficiat, ac oriatur contentio, quinam sint manumittendi, & quis de hoc negotio statuere debeat, ipse legatarius, an heres? Si ergo de voluntate scripturæ & dispositionis nihil constet, & hoc in casu iudicium sortis est implorandum, & res committenda alex decisioni, uti id docet Ulpianus in l. generaliter 24. §. quid ergo 17. ff. de fideicommiss. libert.

## XXXIX.

Sæpe etiam controversia de liberis tollendis & educandis forte terminanda est: licet enim mater, unum habens filium, eum sibi vindicet, eoque casu venter semini præferatur: si tamen duo sint, dividi debent, electione facta per sortem Novell. 162. cap. 3.

## XL.

Quæritur in casu non plane dissimili, an ad hoc iudicium quoque descendamus, quando litigatur inter liberos de jure primogenituræ, & ex incuria forte obstetricum non constet, quisnam sit primus vel ultimus? De hac quæstione tot fere sunt sententiæ, quot capita. Alii namque utrumque admittunt, alii neutrum hanc prærogativa uti debere statuunt; alii illum pro primogenitum reputandum

D 2

existi-



existimant, qui robustior, vel formosior sit, alii aliter adhuc  
 sentiunt, quas opiniones copiosissimè examinat Joannes  
 Citierus in tract. de primogenit. libr. 1. quæst. & seq. Tira-  
 quell. de jur. primogenit. quæst. 17. Quilibet abundet suo  
 judicio: nobis vero illorum maximè arridet sententia, qui  
 sorte, ritè pièque instituta, rem determinari debere affir-  
 mant, idque maximè probamus ex all. jam leg. *generaliter*  
 24. §. *quid ergo* 17. ff. de fideicommiss. libert. l. 2. post princ.  
 C. quand. & quib. quart. pars deb. Licet enim per rerum  
 naturam certum sit jus primogenituræ, nec fieri possit, ut  
 plures simul ex utero matris truantur l. *Arescusa* 15. ibi *nee*  
*enim natura* ff. de stat. homin. posse tamen circa jus primo-  
 genituræ oriri controversiam, me docuit exemplum Ro-  
 muli & Remi, uti hoc latius deducit Harprecht, ad princ.  
 l. de hered. quæ ab intest. defer. n. 124.

## XLI.

Longe autem utilissimè & optimè descendimus ad  
 sortem & judicium fortunæ, quando onera quædam inter  
 cives & subditos sunt partienda, aut quando milites qui-  
 dam ex toto exercitu ad singulare & extraordinarium peri-  
 culum sunt mittendi; tunc enim, ut omnis evitetur suspicio  
 malæ, & partialitas, omnes convocentur, expetentque à  
 summo iudice, quid in fati ipsorum sit, tractaq; sorte nec  
 quarantur de iudicio superiorum, sed impigrè exsequan-  
 tur, ad quod sorte compelluntur. Et hæc quidem in susci-  
 piendis laboribus & periculis sortiendi ratio apud anti-  
 quos strenuè observata semper fuit, & videmus adhuc  
 passim teneri eam in bene constitutis civitatibus, locisque  
 illis, ubi civium, incolarumque salus & concordia præci-  
 puè curatur. Facit huc illud Virgilii *Æneid.* l. 5. 511. quod  
 alla-



allegatum quoque vidi à doctissimo & plurimæ lectionis & eruditionis Viro Larrea Decifion. Granatenf. 45. n.28.

Jura dabat, legésque vitis, operumque laborem  
Partibus æquabat justis, aut forte trahebat,

ubi Princeps æqualiter distribuere dicitur onera, laboresque civicos, prout decet omnino in bene constituta republica. Quoniam igitur hæc æqualitas sæpe obtineri non potest, ob rerum difficultatem & morum, ingeniorumque discrepantiam, additur quod fors quoque sit adhibita

- - - aut forte trahebat,

ad quæ verba Donatus: quæ æstimatione justitiæ æquari non poterant, sortis judicio dabat, ut qui gravius onus subiret, fortunam suam, non reginam, accusaret.

XLII.

Eiusmodi invidiæ & perversæ opinionis declinandæ causa milites olim conscribi apud Romanos solebant, scilicet eo tempore, quo militia apud Romanos adhuc inter munera publica erat, & cives cogi poterant à Consulibus ad dandum nomen. Eveniebat enim tunc non rarò, quod hodie in nostra militia accidere videmus, ut illi, quibus bene vult Imperator seu Dux belli, mittantur ad loca & expeditiones, ubi parùm periculi, multum premii trahitur; contra verò vir strenuus & egregius non raro in manifestissima pericula præcipitetur, imò in certissimam mortem, prout nos docet inter alia, historia sacra de Uria 2. Sam. II. vers. 15. vers. 15. Est igitur boni ducis & Præfecti militiæ in hoc quoque casu adhibere sortem & judicium fortunæ, ne quis gravatus forte, de superiore suo conqueri possit,

D 3

&





& imputare illi odium & privatos affectus. Ita igitur ob-  
servatum antiquitus testatur Virgil. *Æneid.* 9.

Omnis per murum legio sortita periculum  
Excubat, exercetque vires.

Sed transeant hæc, quemadmodum etiam illa consulto  
prætermittimus, quæ de sortiendis provinciis, officiisque  
passim leguntur.

#### XLIII.

Pergimus ergo ad difficillimam & gravissimam quæ-  
stionem, an bella quoque per sortem finire liceat & pacem  
imponere ad judicium alex? Movet hanc quæstionem  
Hugo Grotius de *J.B. & P.* libr. 2. cap. 23. §. 9. & libr. 3. cap.  
20. §. 42. Ubi ait, non semper licitum nobis esse decurre-  
re ad sortem, sed tum demum, quoties de re agitur, in  
quam plenum habemus dominium. Nam ad subditorum  
vitam, pudicitiam & similia tuenda civitas, & bonum civi-  
tatis tuendum, Rex arctius obligatur, quam ut omittere  
possit eas rationes, quæ ad sui & aliorum tutelam maximè  
sunt naturales. Attamen si vera æstimatione qui injusto  
bello imperitur, tanto sit inferior, ut resistendi nulla spes  
sit, videtur sortem offerre posse, ut certum periculum in-  
certo evadat, hoc enim est de malis minimum.

#### XLIV.

Sed non probatur hæc sententia Zieglero & sectatori  
ejus Henrico Henninges, ex eo, quod ad rem sorti com-  
mittendam non semper requiratur, ut committens plenum  
in ea habeat dominium, cum & jus pignoris controversum  
à creditore recte conjiciatur in sortem, & usus, usufructus  
& similia, hoc pacto non male terminentur; admittunt ta-  
men



men in fine iudicium Grotii, quando jus est certum, & res, de qua controversitur, præcipuam civitatis partem attinet, tunc enim neutiquam rem tanti momenti forti credendam esse opinantur.

## XLV.

Ego quemlibet in sua sententia relinquo; cæterum hoc ex fidei interpretatione & examinatione, quam susceperat nuper Clarissimus Dominus Præses meus, ad hunc Hugonem Grotium, mente adhuc teneo, non tam facile discrepandum esse à tanto viro, cujus eruditionem & singularem prudentiam orbis terrarum universus admiratur, & posteri, tanquam præclarum exemplum, sequentur, imitabunturque. Itaque non vereor absolute amplecti hanc sententiam, & quoad finiendum bellum tunc demum sortem admittere, quatenus nulla alia ratio expediendæ salutis superest, aut quatenus ex duobus malis minimum eligetur. Ducor hisce rationibus, nempe quod primò remedium fortis est extraordinarium, adeoque ordinario, & naturali modo, sua defendendi & conservandi, non præferendum, ut superius latius deduximus. Secundò, quod temeritas hic adesse videatur & abusus providentiæ divinæ. Nam aut iusta belli causa est, vel iniusta: si posterius, ne arma quidem expedire fas est, ullamque tentare defensionem, ad patrocium impietatis, sed optimum, erit fateri errorem, petere veniam; imo satisfacere iustum, æquumque petenti. Si prius, diffidentia signum est, in iusta causâ sperare iniustum, id est, calamitosum exitum, & vereri ne Deus relinquat illos, qui fiduciam ponunt in veritate & iustitia. Raro enim, imò dicerem nunquam, iusta causa in bello occubuit, sed ut inquit Livius libr. 30. cap. 31. belli exitus secundum



cundum jus & fas à Deo dari solet. Tertio si in rebus tantiponderis fors adhiberetur citra ultimam illam necessitatem, quam exprimit Grotius, securos & negligentes redderemus Principes, qui sanguinem & vitam pro civibus impendere, si sic efflagitet salus reipubl. non tantum hæc civilia, & sæpe fallentia remedia tentare debent.

## XLVI.

Restat tandem, ut de vi & effectu sortis paucula dicamus. Illud verò sapienter & divinè includit unico quasi oraculo sapientissimus Regum, quando dicit, sortem esse rixarum & controversiarum sedatricem. Ita enim inquit Proverb. 18. v. 18. Contentiones submovet fors, & inter robustos dirimit. Althusius Dicæolog. libr. 1. cap. 94. no. 1.

## XLVII.

Hæc ergo litium & rixarum diremptio cum effectu erit intelligenda, & quoniam Spiritus Sanctus non distinguit inter quas personas fors effectum habeat, nos meritò ad omnes illud extendimus, servos, liberos, senes, juvenes, viros, mulieres; qui omnes, postquam illis jus dictum est ex sortis arbitrio, sane acquiescere debent, nec ultra ad novum remedium decurrere,

## XLVIII.

Cùm igitur hæc tam clara sint, controvertitur tamen inter Doctores, anne quoque subiaceat minori sorti, & si forte gravatus est, num beneficium Prætoris habeat, & restitatur in integrum probata læsione? Nos absolutè illud negandum putamus, propter rationes jam supra allegatas, & quo-



& quoniam hæc quæstio incidenter paulò ante à nobis jam tractata est, illam hîc non recoquemus. Et hanc opinionem, nempe minorem contra iudicium fortis non restitui, tueri video, præter sæpiùs allegata Marpurgensia Chaldum Perciram in l. 3. C. de in integr. restit. no. 12. cum ad ea, quæ fortuito eveniunt, beneficium hoc non pertineat. Larrea Decis. 45. no. 8. in fine.

## XLIX

Claudam ergo nunc rivos, postquam mihi videntur prata sat bibisse, ubi unicum adhuc quæsi vero, videlicet, an de sorte liceat appellare? Quod itidem negamus; quia fors in toto mundo superiorem non habet, ad quem posset institui provocatio. Berlich, part. 1. Concl. 50. no. 50. Maranta in speculo aureo part. 6. sub tit. de appellat. no. 157. Itaque cum fines controversiarum faciat fors, illæ sub prætextu læsionis revocari non debent. Larrea Decision. 45. no. 28. Harprecht ad §. 23. J. de legat. a. 15. ubi dicit, quod sortem faciat cadere, temperetque ipse Deus. Proverb. cap. 16. v. 33. idque singulare esse, ac perpetuam memoriã dignum, ait Jason in l. 84. §. ult. ff. de legat. 1. Idem sentit Tiraquell. de jur. primog. quæst. 17. no. 95. Corn. Vol. 4. Consil. 143. in fin. Marsil. in l. 1. C. de rapt. virg. no. 140. Johann. Goddæus Vol. 4. Consil. Marpurg. 53. no. 25. Quod si tamen enormissima læsio appareat, illaque probari in continenti possit iudici, permittendum puto, ex æquo & bono, ut fiat actorum revisio, reformeturque sententia, prout hæc ex plurimi auctoribus, pro more suo, deducit Berlich, part. 1. Concl. 50. no. 50.

E

L. Hoe



L.

Hoc sufficere puto, de nobili & gravissima hac materia. Scio quidem, me satis jejunè & frigidè illam tractasse, nec ita deduxisse, prout elegantia ejus & amplitudo meretur. Sed cum non fuerit propositi mei, docere alios in Illustri hâc Academiâ, & ambire vanitatem doctè quid scribendi, sed discendi potiùs ab Antecessoribus, aliisque viris magnis, & clarissimis; facile spero me impetraturum veniam, præsertim cum profitear, me ad hoc non accessisse meo motu, sed ut probarem Parenti meo, optime de me merito, obsequium & pietatem meam. Quare æquus quidem lector veniam dabit, iniquus verò per censuram suam tam parùm me offendet, ut inde nihil aliud contrahere velim, quam certum, firmumque propositum, hæc omnia corrigendi emendandique cum temporis successu, in quæ me aberasse, etiam sine alicujus monitu, certo scio.

Ne quid vacui maneat, subjicimus examini publico.

L.

L. 29. C. ad L. Jul. de adult.

**Q**Uæ adulterium commisit, utrum domina caupona, aut ministra fuerit, requiri debet: ut si domina taberna fuerit, non sit à



lit à vinculis juris excepta. Si vero potantibus ministerium prabuerit, pro vilitate ejus, qua in reatum deducitur, accusatione exclusa, liberi, qui accusantur, abscedant: cum ab his foeminis pudicitia ratio requiratur, qua matrisfamil. nomen obtinent; ha autem immunes, à judiciaria severitate, & stupri & adulterii praestentur, quas vitæ vilitas dignas legum observatione non credidit.

II.

L. 4. C. de malef. & mathemat.

Eorum est scientia punienda, & severissimis merito legibus vindicanda, qui magicis accincti artibus, aut contra salutem hominum moliti, aut pudicos animos ad libidinem deflexisse deteguntur. Nullis verò criminationibus implicanda sunt, remedia humanis quasita corporibus, aut in agrestibus locis innocenter adhibita suffragia, ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ventis grandinisq; lapidatione quaterentur: quibus non cujusquam salus aut aestimatio laderetur, sed  
 quorum





quorum proficerent actus, ne divina munera,  
et labores, hominum sternerentur.

III.

L. 27. §. 1. ff. de hered. petit.

Etiam in multorum honestorum virorum  
prædiis lupanaria exercentur.

IV.

Si verum est, quod ait Florentinus in l.  
3. de f. & f. Naturam inter homines consti-  
tuisse cognationem quandam, non hoc tantum  
sequitur, quod alter alterum ladere non debeat,  
sed illud quoque, quod sola virtus nobilem fa-  
ciat, non natiuitas.

V.

Falsum est, quod dicit Callistratus in l. 26.  
ff. de pœnis: crimen vel pœnam paternam,  
nullam maculam filio infligere posse; quia u-  
nusquisque ex suo admissio sorti subicitur, nec  
alieni criminis successor constituitur.

Ad



*Ad Pereximium & Doctissimum*  
DN. A U T O R E M.

**F**ortiter audendum, felix audacia laus est :  
Quisquis apes metuit, non capit ille favos.  
Audaces fortuna juvat : tu fortior instas ;  
Instanti vendit cuncta labore Themis.  
Aude tu hoc, Domine, & nullam patiére repulsam !  
Incidet in casses præda petita tuas.  
Sed jam audes ; video te *fortis* solvere nodos  
Duros, & cultas hæc fovere theses.  
Recte ? sic, felix poteris contingere portum :  
Perge favente Deo præmia digna feres.

ERICUS GRAFFIUS, Jctus, Consil,  
Hæso Cassel; & Judicii Aulici, quod est Mar-  
burgi, Assessor, nec non Academiæ Marbur-  
genfis Procancellarius & Facultatis Juridicæ  
Professor Primarius.

**P**æcipites imam *sortes* jaciuntur in urnam,  
Quin tamen è cælo tota valet ratio.  
Nempe Deus certo sic dirigit omnia nutu,  
Ut quoque fortuitum temperet ipse manu.  
Projicis haud vanas *sortes*, Doctissime ZOBEL,  
Quum de *fortilegis* jura sacrata doces.  
Sic tua successus habeat fortuna perennes !  
Sic ope dextra Dei teque tuosque juvet !

*Nobili & Politissimo, erudita dissertationis Au-  
tori, paterna, aviaq, vestigia prementis & in  
Carissima Patria spem assurgenti, applau-  
dat L. M. Q.*

HENRICUS DÜYSINGH, S. Theologiæ  
Doctor & Professor Ordinarius.

Die



De mihi, quid forte in tibi commendavit, Amice,  
Num ratio? Num fors ipsa? Ego credo prius.

HENRICUS WAGENFELDT,  
BREM. LL. Stud.



Herz Zobel hat das loock in händen. Hört!  
ich wette?

Es komt die höchste zahl. Wie trifft ers doch so nettel  
Triumpf! er hat schon weg / was andern tau-  
sentmahl

Die hand zur würffel treibt / und felt nicht sol-  
che zahl.

JOHANNES SCHILDIUS, BREM.  
Theol. Stud.



*Separat de Schildius.*





ULB Halle  
006 301 096


3




V017











22

DISSERTATIO  
JURIDICA  
DE  
SORTE,


915  
21676

Quam  
Sub PRÆSIDIO,  
DN. JOHANNIS  
TESMARI,  
Antecessoris, in Alma Cattorum,

Exhibet  
HENRICUS ZOBEL, N. F.  
Bremenf. Saxo, A. & R.

Ad diem Junii  
H. L. Q. S.

MARPURGI CATTORUM,  
Typis SALOMONIS SCHADEWITZII, Acad. Typ.  
Anno MDCLXXVI.



26.

9

915

1676

